



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter
accommodatæ ...

De Controversijs Polemicis, & Scholasticis, etiam modernis

Archdekin, Richard

Antverpiæ, 1682

Articuli particulares in Ioanne Wiclefo à Martino V. damnati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40853

320 Tract. 3. Art. 5. Bulla Dogmatica
suis, sive aliis publicis, vel privatis locis tenere
quoquo modo præsumant: quinimo illa statim
post harum publicationem ubicumque fuerint,
per Ordinarios, & alios supradictos diligenter
quæsita, publice, & solemniter in præsentia
cleri, & populi, sub omnibus, & singulis supra-
dictis pænis, comburant. *Aliæ clausulæ fusus se-
quentur.*

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo
vigesimo, die XVII. Kalen. Julij, Pontificatus
nostræ anno octavo.

Pergit autem, in clausulis supra, terminum
præscribere Lutherò & adhærentibus ut resi-
piscant. Non resipiscientes post elapsos sexaginta
dies capiendos fidelibus indicit. Loca in qui-
bus illi commorabuntur interdicto subiicit. De-
rogat privilegiis si quæ essent his opposita. Man-
dat excommunicari alios, si qui impedirent Bul-
lae publicationem: quam postea debitè factam
etiam ipse testatur in diplomate edito anno se-
quenti, quo Lutherum & sequaces adhuc contu-
maces excommunicationem, & alias pænas in-
curuisse declarat. Prædicta omnia habet Bulla
superius recitata, quæ integrè continetur in To-
mo primo Bullarij Romani novissimi pagina
451.

*Articuli quidam particulares in iohanne Wiclefo
inter alios damnati à Martino V. Pont. in Bulla
quæ incipit, Inter cunctas Pastorales curæ
solicitudines.*

Substantia panis materialis, & similiter substantia
vini materialis remanent in Sacramento altaris.
Accidentia panis non remanent sine subiecto in eodem
Sacramento,

Christus

*Christus non est in eodem Sacramento identicè & rea-
liter in propria presentia corporali.*

*Si Episcopus vel Sacerdos existat in peccato mortali,
non ordinat, non consecrat, non conficit, non baptizat.*

*Non est fundatum in Evangelio, quod Christus Mis-
sam ordinaverit.*

*Si homo fuerit debite contritus, omnis Confessio exte-
rior est sibi superflua & inutilis.*

*Contra Scripturam sacram est, quod viri Ecclesiastici
habeant possessiones.*

*Prælatus excommunicans Clericum qui appellavit ad
Regem, vel ad Concilium regni, eo ipso traditor est Regis
& regni.*

*Nullus est Dominus civilis, nullus est prælatus, nullus
est Episcopus, dum est in peccato mortali.*

*Populares possunt ad suum arbitrium Dominos delin-
quentes corrigere :*

*Decime sunt puræ eleemosyne, & possunt parochiani,
propter peccata suorum Prælatorum, ad libitum suum
eas auferri.*

*Omnes sunt Simoniaci qui se obligant orare pro aliis
eis in temporalibus subvenientibus.*

Omnia de necessitate absoluta eveniunt.

*Religiosi viventes in religionibus privatis, non sunt de
religione Christiana.*

Pitare Clerum est contra regulam Christi.

*Ecclesia Romana est Synagoga satanae, nec Papa est pro-
ximus & immediatus Vicarius Christi & Apostolorum.*

*Iuramenta illicita sunt, que fiunt ad corroborandum
humanos contractus, & commercia civilia. Ibidem alia
cum Lutherò & alijs hereticis ferè communia.*

*Data est prædicta Bulla Constantiæ (ubi à
Concilio damnatus Wiclefus) 8. Kalen. Martij
Pontificatus Martini V. anno primo : & repe-
titur in Bullarij Romani Tomo 1. folio 236. —*